



Marci Tullii Ciceronis Ad C. Trebatium Topicorum liber, nunc restitutus.

<https://hdl.handle.net/1874/456057>



MAR
 CI TVLLII CI
 ceronis ad C. Trebatium
 Topicorum liber, nunc
 restitutus.



MARCI TVLLII CICERO
nis ad C. Trebatium Topica.



MAIORES nos res
scribere ingressos C.
Trebatii, & ijs libris q̄s
breui tēpore satis mul-
tos edidimus digniores
è cursu ip̄o reuocauit uo-

luntas tua. Quū enim mecū in Tusculano
esses, & in bibliotheca separatim uterq; no-
strum ad suum studium libellos quos uel-
let, euolueret; incidisti in Aristotelis Topi-
ca quædā quæ sunt ab illo pluribus libris
explicata. Qua inscriptione commotus,
continuo a me eorum librorum sententiā
requisisti. Quam tibi quū exposuissem, di-
sciplinam inueniendorū argumētorum, ut
sine ullo errore ad eam rationē, uia perue-
niremus ab Aristotele inuenta, libris illis

contineri, uerecunde tu quidem, ut omnia
sed tamen ut facile cernerem te ardere stu-
dio, mecū ut tibi illa traderē egisti. Quum
autem ego te non iam uitandi laboris mei
causa, q̄ quod interesse tua arbitrarer, uel
ut eos per te ipse legeres, uel ut totam ra-
tionē à doctissimo quodam rhetore accipe-
res, hortatus essem, utrūq; ut à te audiebā,
es expertus. Sed à libris te obscuritas re-
iecit. Rhetor autē ille magnus ut opinor,
Aristotelica se ignorare respondit. Quod
quidē minime sum admiratus, eum philo-
sophū thetorei nō esse cognitū, qui ab ipsis
philosophis præter admodū paucos igno-
retur. Quibus eo minus ignoscendū est,
quod non modo rebus ijs, quæ ab illo dis-
ctæ & inuentæ sunt, allici debuerunt: sed
dicendi quoq; incredibili quadā quum co-
pia, tum etiam suauitate. Non potui igit̄
tibi sapius hoc roganti, & tamen uerenti

ne mihi grauis esses (facile id cernebam)
debere diutius, ne ipsi iuris interpreti fieri
uideretur iniuria. Etenim quum tu mihi,
meisq; multa sæpe cauisses, ueritus sum
ne si ego grauarer, aut ingratum id, aut su-
perbum uideretur. Sed dum fuimus una
tu optimus es testis q̄ fuerim occupatus.
Ut autem a te discessi in Græciam profici-
scēs, quum opera mea nec resp. nec amici
uterēt, nec honeste inter arma uersari pos-
sem, ne si tuto id qdē mihi liceret, ut ueni-
Veliam, tuaq; & tuos uidi, admonitus hu-
ius æris alieni, nolui deesse, ne tacitæ qdē
flagitationi tuæ. Itaq; hæc quū mecū libros
non haberem, memoria repetita in ipsa na-
uigatione conscripsi, tibiq; ex itinere misi,
ut mea diligentia mandatorū tuorum, te
quoq; & si admonitore non eges ad me-
moriā nostrarum rerum excitarem. Sed
iam tps est ad id qd instituumus accedere.

Quum omnis ratio diligens differendi
duas habeat partes, unam inueniendi, alte
ram iudicandi, utriusq; princeps, ut mihi
quidem uidetur, Aristoteles fuit. Stoici autē
in altera elaborauerūt. Iudicandi em̄ uias
diligenter persequuti sunt, eam scientiam
quam dialecticē appellant, Inueniendi ꝑ
artem quæ Topice dicitur, quæ ad usum
potior erat, & ordine naturæ certe prior,
totā reliquerūt. Nos autem quā in utraq;
summa utilitas est, & utraq; si erit otium
persequi cogitamus, ab ea quæ prior est,
ordiemur.

Vt igitur earum quæ absconditæ sunt,
demonstrato & notato loco facilis inuen
tio est, sic, quū puestigare argumentū ali
quod uolumus, locos nosse debemus. Sic
em̄ appellatæ ab Aristotele sunt hæ quasi
sedes è quibus argumenta promunt. Itaq;
licet definire locū esse argumenti sedē. Ar

gumentum aut ratione quae rei dubiae faci
at fidem. Sed ex his locis in quibus argu
menta inclusa sunt, alij in eo ipso de quo a
gitur, herent, alij assumunt extrinsecus. In
ipso tū ex toto, tū ex partibus eius, tū ex no
ta, tū ex ijs rebus, q̄ quodāmodo affectae
sunt ad id, de quo quaerit. Extrinsecus aut
ea dicuntur quae absunt, longeque disjuncta
sunt. Sed ad id totū de quo differitur, tum
definitio adhibetur, quae quasi inuolutum
euoluit id de quo quaeritur. Eius argumē
ti talis est formula: Ius ciuile est aequitas con
stituta ijs qui eiusdem ciuitatis sunt ad res
suas obtinendas. Eius aut aequitatis utilis
est cognitio, utilis est ergo iuris ciuilibis scie
ntia. Tum partiū enumeratio, quae tracta
tur hoc modo: Si neque cēsu, neque uindicta,
uec testamēto liber factus est, nō est liber,
neque est ulla eaz̄ rez̄ nō igit̄ liber. Tū no
tatio, quū ex uij uerbi argumentū aliquod

elicit, hoc modo: Quis lex Aelia Sanctia
assiduo iudicē assiduum esse iubeat, locu
pletē iubet locupleti, Locuples em̄ assis
duus, ut ait Aelius, appellatus ab gre dādo

Ducuntur etiā argumenta ex ijs rebus
quæ quodammō affectæ sunt ad id de quo
queritur, Sed genus in plures partes distri
butū est, Nam alia cōiugata appellamus,
alia ex genere, alia ex forma, alia ex simili
tudine, alia ex differentia, alia ex cōtrario,
alia ex adiunctis, alia ex antecedētibus, alia
ex consequentibus, alia ex repugnantibus
alia ex causis, alia ex effectis, alia ex cōpar
atione maiorē, aut partiū, aut minorum.

Coniugata dicuntur, quæ sunt ex uer
bis, generis eiusdem, Eiusdem autem gñis
uerba sunt quæ orta ab uno uarie commu
tantur, ut sapiens, sapienter, sapientia. Hęc
uerborum coniugatio συζυγία dicitur, ex
qua huiuscemodi est argumentū: Si com

pascuus ager est ius est compascere,

A genere sic ducitur: Quoniã argentũ omne mulieri legatum est, nõ potest ei pecunia quæ numerata domi relicta est, non esse legata, Forma em̃ à genere, quoad suum nomen retinet, nunq̃ seiungitur. Numerata aut̃ pecunia nomen argenti retinet legata igitur uidetur.

A forma generis, quæ interdũ quo plausius accipiãt, partes enumerare licet, hoc modo: Si ita Fabiæ pecunia legata est a uiro, si ea uxor materfamilias esset, si ea in manũ uiri non cõuenerat, nihil debet. Genus est em̃ uxor: eius duæ formæ, una matrumfamilias, hæc sunt quæ in manũ conuenerũt: altera earũ, quæ tantũmodo uxores habentur, Qua in parte quũ fuerit Fabia, legatũ ei non uidetur.

A similitudine, hoc modo: Si ædes exesæ corruerunt, uitiumue fecerũt, quarum

usus fructus legatus est, heres restituere non debet, nec reficere: non magis quam seruū restituere, si is cuius usus fructus legatus est, desperisset.

A differentia, non si uxori uir legauit omne argentū quod suū esset, idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Multū eñ differt in arca ne positū sit argentū, an in talibus debeatur.

Ex contrario aut sic: Non debet ea mulier cui uir bonorū suorū usum fructū legauit, cellis uinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. Usus eñ, non abusus legatus est. Ea sunt inter se contraria.

Ab adiunctis: Si ea mulier testamentū fecit, quæ se capite nunquā diminuit, non uideat ex edicto prætoris secundū eas tabulas possessio dari: adiungitur eñ ut secundū seruorū, secundū exulū, secundū puerulorū tabulas possessio uideat ex edicto dari.

Ab antecedentibus aſt, & conſequēti-
bus, & repugnantibus, hoc modo. Ab ante-
cedentibus: Si uiri culpa factum eſt diuor-
tium, etſi mulier nunciū remiſit, tamē pro
liberis manere nihil oportet.

A conſequentibus: Si mulier quum fuiſſet
nupta cum eo, cui connubij ius non eſſet,
nunciū remiſit, qm̄ q̄ nati ſunt patrē nō ſe-
quunt̄, pro liberis manere nihil oportet.

A repugnantibus: Si paterfamilias uxo-
ri ancillæ uſumfructum legauit à filio, ne-
q; a ſecundo hærede legauit, mortuo filio,
mulier uſumfructum non amittet. Quod
enim ſemel teſtamento alicui datum eſt, id
ab eo inuito cui datū eſt, auferri non po-
teſt. Repugnat enim recte accipere, & inui-
tum reddere.

Ab efficiētibus cauſis, hoc modo: Om̄i-
bus eſt ius parietē directū, ad parietē com-
munem adiungere, uel ſolidum uel fornīs

catum. Aut si quis in pariete cōmuni des-
moliendo damni infecti promiserit, nō de-
bebit pręstare quod fornix uitij fecerit.
Non enim eius uitio qui demolitus est, dā-
num factū est, sed eius operis uitio, quod
ita ædificatū est, ut suspendi non possit.

Ab effectis rebus, hoc modo: Quā mu-
lier uiro in manum cōuenit, omnia quę mu-
lieris fuerūt, uiri fiunt dotis nomine.

Ex cōparatione autem omnia ualent, q̄
sunt eiusmodi: Quod in re maiore ualet,
ualeat in minore; ut si in urbe fines non re-
gunt, neq; aqua in urbe arceat. Item con-
tra: quod in minore ualet, ualeat in maiore
licet idem exemplū cōuertere. Item: Qd̄
in re pari ualet, ualeat in hac, quę par est,
ut qm̄ usus autoritas fundi bienniū est, sit
etiam ædium. At in lege ædes non appel-
lantur, & sunt cęterarum omnium, quas
annuus est usus; ualeat ægtas, q̄ pari

bus in causis paria iura desiderat. Quæ
aut extrinsecus assumuntur, ea maxime ex
autoritate ducuntur. Itaque græci tales ar-
gumentationes ἀτέχνοιας uocant, id est, ar-
tis expertes, ut si ita respondeas: Quoniam
P. Scæuola id solū esse ambitus ædificiū dis-
xit, quantum parietis cōmunis tegēdi cau-
sa tectū proijceretur, ex quo intectū eius
ædes qui protexisset, aqua deflueret, id ti-
bi ius uideri. His igitur locis qui sunt expos-
siti, ad omne argumētum reperiendū tanquā
elementis quibusdā significatio & demon-
stratio datur. Vtrū igitur hæctenus satis est:
tibi quidē tam acuto & tam occupato pu-
ro. Sed quoniā auidū hominē ad has discē-
das epulas recepi, sic accipiā, ut reliquias
sit potius aliquid, quā te hinc patiar non sati-
atum discedere.

Quādo ergo unusquisque eorum locorum
quos exposui, sua quædam membra habet

ea q̄ subtilissime p̄sequamur. Et primū de ipsa definitione dicatur.

Definitio est oratio, quæ id quod definitur explicat quid sit. Definitionū autem duo sunt genera prima. Vnū earum rerū quæ sunt; alterum earum quæ intelligunt̄.

Esse ea dico, quæ cerni, tāgiue possunt: ut fundū, ædes, parietem, stillicidiū, mancipium, pecudem, supellectilem, penus, &c. quo ex genere quædā interdū nobis definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrariue non possunt: cerni tñ animo, atq; intelligi possunt: ut si usucapionem, si tutelā, si gentem, si agnationē definias, quarū rerum nullū subest, quasi corpus, est tamen quædā cōformatio insignita, & impressa intelligentia, quam notionē uoco, ea sæpe in argumentando definitionē explicanda est.

Atq; etiā definitiones, alię sunt partitio

num: alię diuisionum, Partitionum, quum res ea quę proposita est, quasi membra discerpitur: ut si quis ius ciuile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum autoritate, edictis magistratum, more, æquitate consistat.

Diuisionum autē definitio formas omnes complectit, quę sub eo genere sunt quod definitur, hoc modo.

Abalienatio est cuius rei quę mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt: Sunt & alia genera definitionū, sed ad huius libri institutū illa nihil pertinent: tantū est dicendum qui sit definitionis modus.

Sic igitur ueteres præcipiūt, quum sumptis ea quę sunt ei rei quā definire uelis, cum alijs cōmunia, usq; eo persequi, dum propriū efficiatur, quod nullā in aliā rem transferri possit ut hoc: Hæreditas est pes

cunsa, cōe adhuc, multa eñ genera sunt pe-
cuniæ: Adde quod sequit̃, quę morte alicu-
ius ad quēpiã puenit. nondū est definitio.
Multis eñ modis sine hæreditate teneri
mortuorū pecunię possunt. Vñ adde uer-
bum, iure. Iam a cōmunitate res disuncta
uidebitur, ut sit explicata definitio, sic: Hæ-
reditas est pecunia, quæ morte alicuius ad
quēpiã puenit iure. Nondū est satis, adde,
nec ea aut legata testamēto, aut possessiōe
retenta, confectū est. Itēq; ut illud: Gētilis
sunt, q̃ inter se eodē nomine sunt. Non est
satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id
qdē satis est. Quorum maiorū nemo ser-
uitutē seruiuit, abest etiã nunc. Qui capite
non sunt diminuti. hoc fortasse satis est. Ni-
hil eñ uideo Scęuolam pontificem ad hęc
definitionē addidisse. Atq; hæc ratio ualet
in utroq; gñe definitionū, siue id q̃d est, si-
ue id quod intelligit̃, definiendū est.

Partitionū aut, & diuisionū gentis qua
le esset, ostendimus: sed quid inter se differ
rāt, planius dicendū est. In partitione qua
si mēbra sunt, ut corporis, caput, humeri,
manus, latera, crura, pedes, & cætera. In di
uisione formæ sunt, quas græci εἰδέας uo
cant, nostri si qui hæc forte tranctant, spes
cies appellant, non pessime id quidem, sed
inutiliter, ad mutandos casus in dicendo.
Nolim em̄ ne si Latine q̄dem dici possit,
specierum, & speciebus dicere, et sæpe his
casibus utendū est: at formis, & formatū
uelim. Quū aut utroq; uerbo idē significetur,
cōmoditatem in dicendo non arbitror
negligendam.

Genus, & formā definiūt hoc mō: Ge
nus est notio ad plures differētias p̄tinens

Forma est notio, cuius differentia ad ca
put generis, et quasi fontem referri potest.
Notionē appello, quod græci tum ἐννοια,

tum *περίληψις* dicunt. Ea est insita & ante
percepta cuiusq; formæ cognitio enodatis
onis indigēs. Formæ igit̃ sunt hæ, in quas
genus sine ullius prætermiſsiōe diuiditur:
ut si quis ius in legē, morē, æquitatē diui
dat. Formas q̃ putat idē esse quod partes,
confundit artē, & similitudine quadā con
turbatus non satis acutæ, quæ sunt secer
nēda, distinguit. Sæpe etiã definiūt & ora
tores & poetę per translationes uerbi ex si
militudine cum quadā suauitate. Sed ego
à uestris exēplis nisi necessario nō recedā.
Solebat igit̃ Aquilius collega & familia
ris meus quum de litoribus ageretur, quæ
omnia publica esse uultis, quærentibus ijs
ad quos id ptinebat, quid esset litus, ita de
finire, qua fluctus eluderet: hoc est, quasi
q̃ adolescentiã florem ætatis, senectutē oc
casum uitæ uelit definire. T rãslatione em̃
utens discedebat à uerbis proprijs rerum,

ac suis. Quod ad definitiones attinet, has
atenus, reliqua uideamus.

Partitione aut sic utendū est, nullam ut
partem relinquant; ut si partiri uelis tute-
las, inscianter facias, si ullam p̄termittas.

At si stipulationū, aut iudiciorū formu-
las partiare, non est uitiosum in re infinita
p̄termittere aliquid. Quod idem in diuisi-
one uitiosum est. Formarū em̄ certus ē nu-
merus, quæ cuiq; generi subijciant.

Partium distributio sepe est infinitior, tā
quam riuorū à fonte deductio. Itaq; in ora-
torijs artibus quæstionis genere p̄posito;
quot eius formæ sint, subiungit̄ absolutæ:
ac quū de ornamentis uerborū, sententia-
rumq; p̄cipitur, quæ uocant̄ σχήματα, nō
fit idem. Res enim est infinitior, ut ex hoc
quoq; intelligat̄, quod uelimus inter parti-
tionem, & diuisionem interesse. Quanquā
enim uocabula propè indēm ualere uides

antur, tamen quia res differebant, nomina rerum distare uoluerunt.

Multa etiam ex notatione sumuntur, Ea est autem quum ex uerbo nominis argumentum elicitur, quam graeci *ἐτυμολογία* uocant, id est uerbum ex uerbo ueriloquium. Nos autem nouitatem uerbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt uerba rerum notae. Itaque hoc idem Aristoteles *σύμβολον* appellat, quod latine est nota. Sed quum intelligitur quid significetur, minus laborandum est de nomine.

Multa igitur in disputando notatione eliciuntur ex uerbo, ut quum quaeritur postliminium quid sit, non dico quae sint postliminij. Nam id caderet in diuisionem, quae talis est: Postliminio redeunt haec, homo, nauis, mulus, clitellarius, equus, equa, quae frenata recipe solet. Sed quum ipsius postliminij uis quaeritur, & uerbum ipsum notatur, in quo

Seruius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum nisi post, & liminiū illud pductionem esse ubi uult, ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timū, q̄ in medi-
tullio tulliiū. Scæuola autē P. filius iunctū putat esse uerbū, ut sit in eo et post, & limē ut quæ a nobis alienata sunt, quum ad hostē puenerint, & ex suo tanq̄ limine exierint, hinc quū redierint post ad idē limen, postliminio uideant̄ rediisse. Quo in gñe etiā Mancini causa defendi pōt, postliminio rediisse, deditū nō esse, quoniā nō sit receptus. Nam neq; deditiōe, neq; donatiōe sine acceptiōe intelligi posse.

Seq̄tur is locus, qui cōstat ex ijs rebus, q̄ quodāmodo affectæ sunt ad id, de quo ambigitur, quē modo dixi in plures partes distributū. Cuius primus est locus ex confugatiōe, quam græci συζυσίαμ uocant, finitimus notatiōi, de qua modo dictū est, ut

si aquā pluuiā eam modo intelligeremus,
quam imbri collectā uideremus, ueniret.
Mutius, qui quia coniugata uerba essent
pluuia, & pluendo, diceret omnem aquam
oportere arceri, quæ pluendo creuisset.
Quum aut̄ a genere ducet̄ argumentum,
nō erit necesse id usq̄ a capite arcessere: se
pe etiam citra licet, dūmodo supra sit q̄d
sumit̄ q̄ id ad quod sumitur: ut aqua plu
uia ultimo gñe ea est, quæ de cœlo ueniēs
crescit imbri, sed ppriore loco in q̄ quasi
ius arcēdi cōtinet̄. Genus est aqua pluuiā
nocens. Eius gñis formæ, loci, uitio & ma
nu nocēs, quæ altera iubet̄ ab arbitrio co
erceri, altera nō iubet̄. Cōmode etiā tracta
tur hæc argumentatio quæ ex gñe sumit̄,
quum ex toto psequare partes, hoc modo:
Si dolus malus est, quū aliud agit̄, aliud si
mulat̄, enumerare licet quibus id modis fiat:
deinde in eorū aliquē id quod arguas dolo

malo factum includere: quod genus argu-
menti in primis firmū uideri solet.

Similitudo sequitur, quæ late patet: sed
oratoribus & philosophis magis quàm uo-
bis. Etsi em̄ omnes loci sunt omniū dispu-
tationū ad argumenta suppeditanda, tamē
alijs disputationibus abundantius occur-
runt, alijs angustius. Itaq; genera tibi nota
sint, ubi autem his utare quæstiones ipse te
admonebunt. Sunt em̄ similitudines, quæ
ex pluribus collationibus pueniūt quò uo-
lunt, hoc modo: Si tutor fidem prestare de-
bet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciā
acceperit, debet etiam pcurator.

Hæc ex pluribus pueniens quò uult, ap-
pellatur inductio, quæ græce παραγωγή no-
minatur, qua plurimū est usus in sermonis
bus Socrates. Alteræ similitudinis genus
collatione sumitur, quum una res uni, par
pari comparat̄, hoc modo: Quēadmodum

si in urbe de finibus controuersia est, quia fines magis agrorum uidentur esse quam urbis, finibus regendis adijcere arbitrum non possis: sic si aqua pluuia in urbe nocet, quoniam res tota magis agroꝝ est, aquæ pluuiaꝝ arcendæ adijcere non possis arbitrum. Ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur, ut Crassus in Curiana causa exemplis plurimis usus est, agens de eo qui testamento sic hæredem instituisset, ut si filius natus esset in decem mensibus, isq; mortuus, prius q̄ in suam tutelam uenisset, secundus hæres hæreditatem obtinisset; quæ cõmemoratio exemplorũ ualuit, eaq; uos in respondendo uti multum soletis. Ficta etiam exempla similitudinis habent uim, sed ea oratoria magis sunt, quam uestra, quamq̄ uti etiã uos soletis, sed hoc modo: Finge m̄cipio aliquẽ dedisse id qd m̄cipio dari non p̄t, num idcirco id eius

factū est qui accepit: aut num is q̄ mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligauit? In hoc ḡne oratoribus & philosophis concessum est, ut muta etiā loquantur, ut mortui ab inferis excitent̄, aut aliqd̄ quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicit̄, & multa mirabilia alia. Sed latior est campus illoꝝ, eisdē tamē ex locis, ut ante dixi, & in maximis & in minimis quæstionibus argumenta ducunt̄. Sequitur similitudinem differentia rei maxime cōtraria superiori: sed est eiusdē dissimile & simile inuenire. Eius ḡnis hæc sunt. Nō quēadmodū quod mulieri debeas recte ipsi mulieri sine tutore autore soluas, ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, recte possis eodem modo soluere.

Deinceps locus est qui a contrario dicit̄. Contrarioꝝ aut̄ ḡna sunt plura. Vnū eorū

quæ in eodẽ gñe plurimũ differunt: ut sapiẽtia, stultitia. Eodẽ autẽ gñe dicuntũ quibus propositis occurrũt tanq̃ e regiõẽ quædã contraria, ut celeritati tarditas, nõ debilitas, ex quibus contrarijs argumẽta talia existunt. Si stultitiã fugimus, sapientiã sequamur, & bonitatẽ, si malitiam. Hæc quæ ex eodẽ gñe cõtraria sunt appellãt aduersa.

Sunt em̃ alia contraria, quæ priuantia licet appellemus latine, græce appellantur *σεντικὰ*. Præpositio em̃ in, priuat uerbũ ea uel, quam haberet si in præpositũ nõ fuisset: ut dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, & cætera gñis eiusdẽ. Quorũ tractatio est eadẽ quæ superiorũ, q̃ aduersa dixi. Nam alia quoq̃ sunt contrariorũ genera, uelut ea quæ cũ aliquo cõferũtur, ut duplũ, simplũ, multa, pauca, longũ, breue, maius, minus. Sunt etiam ualde contraria alia q̃ appellantur negantia, ea *ἀποφατικὰ*

græci, contraria aientibus: ut si hoc est, illud non est. Quid em̄ opus exemplo est; tantum intelligatur argumento quærēdo, cōtrarijs omnibus cōtraria non cōuenire,

Ab adiunctis aſit poſui equidem exemplum paulò ante, multa ſcilicet adiungi, q̄ ſuſcipienda eſſent, ſi ſtatuiffemus ex edicto prætoris ſecundū eas tabulas poſſeſſionem dari, quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. Sed locus hic magis ad cōiecturales cauſas, quæ uerſantur in iudicijs, ualet, quum quæritur quid aut ſit aut euenerit, aut futurum ſit, aut quid omnino fieri poſſit. Ac loci quidem ipſius forma talis eſt:

Admonet autem hic locus ut quæratur quid ante rem, quid cum re, quid poſt rem euenerit. Nihil hoc ad ius, ad Ciceronē in quibat Gallus noſter, ſi quis ad eum quid tale retulerat, ut de facto quæreretur. Tu

tñ patiere nullum à me artis institutæ locū
p̄teriri, ne si nihil nisi quod ad te ptineat,
scribendū putaris, nimitū te amare uideare.
Est igit̄ magna ex parte locus hīc oratoris
us, non modo non iuriconsultorū, sed ne
philosophorū q̄dem. Ante rem em̄ q̄runť,
q̄ talia sunt, apparatus, colloq̄a, locus, cons
stitutū cōuiuium. Cū re aut̄ pedū crepitus,
strepitus hoīm, corporū umbræ, & si quid
eiusmodi. At post rem, rubor, pallor, titus
batio, & si qua alia signa cōturbatiōis, & cō
scientiæ: præterea restinctus ignis, gladius
cruentus, cæteraq̄ q̄ suspiciōē facti pos
sunt mouere. Deinceps est locus dialectis
corū proprius ex cōsequentibus, & añces
dētibus, & repugnātib⁹, q̄ etiā ab adiūctis
lōge diuersus ē, nā adiūcta, de qb⁹ paulo añ
dictū est, non semp̄ eueniūt, cōsequētia aut̄
semp̄. Ea em̄ dico cōsequētia, q̄ rē necessa
rio consequūtur, Itemq̄ & antecedentia,

& repugnātia: quicquid enim antecedit quāque rem, id cohæret cū re necessario: & quicquid repugnat, id eiusmodi est ut cohærere nunquam possit. Quū tripertito igitur distribuatur locus hic, in cōsequutionē, antecessio nē, repugnantiā, reperiendi argumētī locus simplex est, tractandi triplex, Nā quid interest, quum hoc sumpseris, pecuniā numeratā mulieri deberi cui sit omne argentum legatū, utrū hoc modo cōcludas argumentū? Si pecunia signata argētū est, legata est mulieri, Est autē pecunia signata argētū, legata igitur, An illo modo? Si numerata pecunia nō est legata, non est numerata pecunia argētū; est autē numerata pecunia argentum, legata igitur est. An illo modo? Non & legatū argentum est, & nō est legata numerata pecunia, legatū autē argentū est, legata igitur numerata pecunia est: Appellant autē dialectici eam conclusionē

argumenti, in qua quū primū sumpseris, cō
sequitur id quod annexū est, primū cōclusio
nis modū. Quū id quod annexum est, ne
garis, ut id quoq; cui fuerit annexū, negan
dū sit, secundus appellat cōcludendi mo
dus. Quum autem aliqua coniuncta nega
ris, & his alia negatio rursus adiungit, &
ex his primū sumpseris, ut qđ relinqtur tol
lendū sit, is tertius appellat cōclusiōis mo
dus. Ex hoc illa rhetorū sunt ex cōtrarijs
conclusa, quę ipi enthymemata appellant;
nō quod nō omnis sentētia pprio noīe en
thymema dicatur, sed ut Homerus ppter
excellētiā cōmune poetarū nomen effi
cit apud græcos suum, sic quū omnis sen
tētia enthymema dicat, quia uidet ea quę
ex contrarijs conficiatur acūtissima, sola
proprie nomē cōmune possidet. Eius gñis
hęc sunt: Hęc metuere, alterę in metu nō
ponere. Eam quam nihil accusas, damnas;

bene quā meritā esse autūmas, dicis male
mereri, Id quod scis, prodest: nihil id quod
nescis, obest, Hoc differendi genus attin-
git omnino uestras quoq; in respondendo
disputationes, sed philosophorum magis,
quibus est cū oratoribus illa ex repugnan-
tibus sententijs cōmunis conclusio, qui à
dialecticis tertius modus, a rhetoribus en-
thymema nuncupatur. Reliqui dialectico-
rum modi plures sunt, qui ex disiūctio-
nis constāt: aut hoc, aut illud: hoc aut, non
igitur illud. Itemq; aut hoc, aut illud: non
autē hoc, illud igitur, Quæ conclusiones
idcirco ratae sunt, quod in disiūctiōe plus
uno uerū esse non pōt, Atq; ex ijs conclu-
sionibus, quas supra scripsi, prior quartus,
posterior quintus a dialecticis modus ap-
pellatur. Deinde addunt coniunctionum
negantiā, sic: Non & hoc est & illud: hoc
aut, non igitur illud, hic modus est sextus,

Septimus autē: non & hoc & illud; non
aut hoc, illud igit. Ex his modis cōclusiōes
innumērabiles nascunt, in quo est fere to-
ta dialectica. Sed ne eæ q̄dem quas expo-
sui, ad hanc institutionē necessariæ. Proxi-
mus est locus reꝝ efficiētū, quæ causæ ap-
pellant; deinde reꝝ effectarū ab efficien-
tibus causis. Harum exempla, ut reliquoꝝ
rum locorum, paulo ante posui, & quidē
ex iure ciuili; sed hæc patent latius. Caus-
arum igitur genera duo sunt. Vnū, quod
ni sua id quod sub ea subiectum est, certe
efficit, ut ignis accendit. Alterum, quod na-
turam efficiendī non habeat, sed sine quo
effici nō possit; ut si quis æs, cām statuæ ue-
lit dicere, quod sine eo nō possit effici. Hu-
ius generis causarū, sine quo nō efficitur,
alia sunt quieta, nihil agētia, stolidā q̄dāmo-
do, ut locus, tēpus, materiæ, ferramenta &
cætera generis eiusdē. Alia autem præcur

tionem quandā adhibent ad afficiendū, &
quidam afferunt p se adiuuēta, et si nō neces
saria, ut amor cōgressio causam attulerit,
amor flagitio. Ex hoc gñe causarū ex æter
nitate pendētiū fatū à Stoicis nectit. Atq;
ut earū causarum sine quibus effici nō pōt,
genera diuisi, sic etiam efficientium diuidi
possunt. Sunt em̄ aliæ causæ q̄ plane effi
ciāt nulla re adiuuāte, aliæ quæ adiuuari ue
lint; ut sapientia efficit sapiētes sola p se, be
atos efficiat, nec ne sola per se, quæstio est.
Quare quū in disputationē inciderit causa
efficiēs aliquid necessario, sine dubitatiōe
licebit q̄d efficitur ab ea causa cōcludere.
Quum aut̄ erit talis causa, ut in ea nō sit
efficiēdi necessitas, necessaria cōclusio nō
sequitur. Atq; illud q̄dem genus causarū q̄d
habet uim efficiēdi necessariā, errorē affer
re non fere solet hoc aut̄ sine quo nō effici
tur, sæpe cōturbat. Non em̄ si sine parens

tibus filij esse nō possunt, propterea causa
fuit in parentibus gignēdi necessaria. Hoc
igif sine quo non fit, ab eo in quo certe fit,
diligenter est separandū. Illud em̄ est tanq̄,
Vtinam ne in nemore Pelio securibus.

Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terrā trabes.
Nisi em̄ cecidissent abiegnæ ad terrā tra-
bes, Ergo illa facta nō esset, nec tamē fuit
in his trabibus efficiendi vis necessaria. At
quū in Aiacis nauim crispisulcans igneum
fulmē iniectū ē, inflāmat nauis necessario.

Atq; etiā est causarum dissimilitudo, qđ
aliæ sunt, ut sine ulla appetitiōe animi, sine
uolūtate, sine opiniōe, suum quasi opus ef-
ficient, uelut om̄e intereat, quod ortū est.
Aliæ aut aut uoluntate efficiūtur, aut ptur-
batiōe animi, aut habitu, aut natura, aut ar-
te, aut casu. Voluntate, ut tu quū hūc libel-
lū legis. Perturbatiōe, ut si quis euentum
horum tēporum timeat; Habitu, ut facile

& cito irascat. Natura, ut uitiū in dies cre
scat. Arte, ut bene pingat. Casu, ut p̄spere
nauiget. Nihil horū sine causa, nec qucquā
omnino, sed huiusmodi causę nō necessarię

Omniū autē causarū in alijs inest con
stantia, in alijs nō inest. In natura, & in arte
cōstātia est, in ceteris nulla. Sed tamē earū
causarū q̄ nō sunt cōstantes, alię sunt p̄spi
cuę, alię latent. Perspicuę sunt, q̄ appeti
tionē animi, iudiciūq; tangunt. Latēt, quę
subiectę sunt fortunę. Quū em̄ nihil si
ne causa fiat, hoc ip̄m est fortunę, euentus
obscura causa, quę latenter efficit. Etiā ut
ea q̄ fiunt, partim sint ignorata, partim uol
untaria. Ignorata, quę necessitate effecta
sunt. Voluntaria, quę cōcilio. Quę autē
fortuna, uel ignorata, uel uolūtaria. Nam
iacere telū uolūtatis est; ferire quē uolue
ris, fortunę. Ex quo aries ille subijcit in ue
stris actionibus. Si telum manu fugit, mas

gis quæ iecit. Cadunt in ignoracionem atque imprudentiam perturbationes animi, quanquam sint uoluntariæ: obiurgatione enim & admonitione desiciuntur, tamen habent tantos motus, ut ea quæ uoluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certe ignorata uideantur.

Toto igitur loco causarum explicato, ex earum differentia in magnis quidem causis uel oratorum, uel philosophorum magna argumentorum suppetit copia. In uestris autem si non uberior at fortasse subtilior. Priuata enim iudicia maximarum quidem rerum, in iuriscōsultorum mihi uidentur esse prudentia. Nam & adsunt multum, & adhibentur in consilio, & patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus hastas ministrant. In omnibus igitur istis iudicijs, in quibus ex fide bona, est additum, plurimus earum usus est. Vbi uero etiam, ut inter bonos

bene agi oportet, in primisq; in arbitrio rei uxoriæ, in quo est qd æquius, melius parati esse debent. Illi em̄ dolū malū, illi fidē bonā, illi æquū bonū, illi qd sociū socio, qd eū q; negocia aliena curasset, ei cuius ea negocia fuissent: qd eum qui mandasset, eumue cui mandatū esset, altere alteri p̄stare oporteret, qd uir uxori, qd uxorē uiro, tradiderunt. Licebit igit̄ diligēter cognitis argumentorū locis, nō modo oratoribus & philosophis, sed iuris etiam peritis copiose de cōsultatiōibus suis disputare.

Coniunctus huic causæ loco locus ille est, q; efficit̄ ex causis. Vt em̄ causa qd sit effectū indicat, sic qd effectū est, quæ fuerit causa, demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus & poetis, sæpe etiā philosophis, sed ijs qui ornate & copiose loqui possunt mirabilē copiā dicēdi, quū denūciant qd ex quacq; re sit futuræ. Causæ em̄

cognitio cognitionem euentorum facit.

Reliquus est cōparationis locus, cuius genus, & exēplum supra positū est, ut cæterorum, nunc explicanda tractatio est.

Cōparantur igitur ea quæ aut maiora, aut minora, aut paria dicunt, in quibus spectantur hæc, numerus, species, uis quædã etiã ad res aliquas affectio. Numero sic cōparabunt, ut plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona breuioribus, longe & late peruagata angustis, ex quibus plura bona propagentur, quæq; plures imitentur, & faciant. Specie aut comparatur, ut ante ponatur quæ propter se expetenda sunt, ijs q̄ propter aliud, & ut innata atq; insita, assumptis & aduētitijs, integra cōtaminatis, iucunda minus iucundis, honesta ijs etiã utilib⁹, p̄cliuia laboriosis, necessaria nō necessarijs, sua alienis, rara uulgaris

bus, desiderabilia ijs quibus facile carere possis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione utentia rationis expertibus, uoluntaria necessarijs, animata inanimatis, naturalia non naturalibus, artificiosa non artificiosis.

Vis autem in comparatione sic cernitur, efficiens causa grauior, quam non efficiens, quae se ipsis contenta sunt meliora quam quae egerit alijs quam in nostra, quam quae in aliorum potestate sunt, stabilia incertis, quae eripi non possunt, ijs quae possunt.

Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi, principum commoda maiora, quam reliquorum itemque quae iucundiora, quae pluribus probata, quae ab optimo quoque laudata. Atque ut haec in comparatione meliora, sic deteriora quae ijs sunt contraria. Parium autem comparatio nec elationem habet, nec submissionem, nec est enim equalis. Multa autem sunt quam equalitate ipsa comparatur, quae ita fere concluduntur.

Si cōsilio iuuare ciues, & āuxilio, æqua in laude ponendū est, pari gloria debent esse ij qui cōsulunt, & ij qui defendunt: at qđ primum est, quod sequitur igitur:

Perfecta est omnis argumentorū inueniendorū præceptio, ut quū profectus sis à definitione, à partitione, à notatione, à cōiugatis, a genere, a forma, a similitudine, a differentia, a contrarijs, ab adiunctis, a cōsequentibus, ab antecedētibus, a repugnātibus, a causis, ab effectis, a cōparatione maiorum, minorū, parium: nulla præterea sedes argumenti quærenda sit. Sed quoniā ita à principio diuissimus, ut alios locos diceremus in eo ipso de quo ambigis, hæere, de quibus satis est dictū, alios assumi extrinsecus, de ijs pauca dicamus, & si ea nihil omnino ad uestras disputatiōes ptinet, sed tñ totam rem pficiamus, quandoquidē cœpimus. Neq; enim tu is es, quem nihil

nisi ius ciuile delectet: & qm̄ ad te hæc ita
scribunt, ut etiã in aliorũ manus sint uetu
ra, deũ opa, ut quã plurimũ ijs quos recta
studia delectant, prodesse possimus.

Hæc ergo argumētatio q̄ dicit̄ artls ex
pers, in testimonio posita est. Testimoniũ
aũt nũc dicimus, om̄e q̄d ab aliqua re ex
terna sumit̄ ad faciẽdam fidẽ. Persona aũt
nõ qualiscunq; testimoniũ p̄dus habet; ad
faciẽdam em̄ fidẽ autoritas quæritur. Sed
autoritatẽ aut natura, aut tẽpus affert. Na
turæ autoritas in uirtute inest maxime. In
tẽpore aũt multa sunt quæ afferãt autori
tatẽ, ingeniũ, opes, ætas, fortuna, ars, usus,
necessitas, cõcursio etiã nõnunq; reũ fortu
itay. Nam & ingeniosos, & opulentos, &
ætatis spacio probatos, dignos q̄bus creda
tur putant; nõ recte fortasse, sed uulgi opi
nio mutari uix p̄t, ad eamq; omnia diris
gunt, & qui indicant, & q̄ existimãt. Qui

em̄ his rebus quas dixi, excellunt, ipsa uir-
tute uident̄ excellere. Sed reliquis quoq̄
rebus, quas modo numeravi, quanq̄ in ijs
nulla species uirtutis est, tamē interdū cō-
firmatur fides, si aut ars quædā adhibetur,
magna em̄ est uis ad persuadēdum sciētię,
aut usus. Plerunq̄ em̄ creditur ijs qui ex-
perti sunt.

Facit etiā necessitas fidē, quę tū à corpo-
ribus, tū ab animis nascit̄. Nā & uerberis
bus torti, & igni fatigati q̄ dicūt, ea uideť
ueritas ipsa dicere, & quę a p̄turbatōibus
animi sunt, dolore, cupiditate, iracundia,
metu, q̄a necessitatis uim habent, afferunt
autoritatē, et fidē. Cuius gñis etiā illa sunt,
ex q̄bus nonnūquam uerę inuenit̄, pueri-
tia, somnus, imprudētia, uinolētia, insania,
Nam & pueri sæpe indicauerūt aliqd, ad
quod p̄tineret ignari, & per somnū, uinū,
insaniā, multa sæpe patefacta sunt. Multi

uel, qđ p̄t̄
neret igno-
rari.

uel, Stra
gerio .

etiam in res odiosas imprudentes inciderunt, ut Staterio nup accidit, qui ea loquutus est bonis uiris subauscultantibus pariete interposito, quibus patefactis, in iudiciūque placis, rei capitalis iure dānat⁹ ē. Huic si quē quiddā de Lacedemonio Pausania accepim⁹

Concurfio aut fortuitoꝝ talis est, ut si interuentū est casu, quū aut agereēt aliqd quod proferendum non esset, aut dicereēt. In hoc gñe etiam illa est in Palamedem cōiecta suspicionum proditiōnis multitudo, quod genus refutare interdū ueritas uix potest. Huius etiam generis est fama uulgi quoddā multitudinis testimoniū. Quæ aut uirtute fidem faciūt, ea bipertita sunt. Ex quibus alterum natura ualet, alterum industria. Deorū enim uirtus natura excellit, hominum autem industria.

Diuina hæc fere sunt testimonia. Pimū orationis, oracula eim ex eo ipso appellata

sunt, q̄d inest his deorū oratio. Deinde re-
rū, in quibus insunt quasi opa diuina quēdā.
Primū ipse mundus, eiusq; omnis ordo et
ornatus, deinceps aerei uolatus auiū, atq;
cantus: deinde eiusdē aeris sonitus, & ar-
dores, multarūq; rerum in terra portenta
atq; etiā per exta inuenta præsentio.

A dormiētibus quoq; multa significata
uisis, quibus ex locis sumi interdū solēt ad
fidem faciendam testimonia deorū. In ho-
mine uirtutis opinio ualet plurimum.

Opinio autē est, nō modo eos uirtutē ha-
bere qui habeant, sed eos etiā q̄ habere uis-
deant. Itaq; quos ingenio, quos studio, q̄s
doctrina præditos uident, quorūq; uitā cō-
stantem, & probatā, ut Catonis, Lelij, Scie-
pionis, aliorumq; plurium, rentur eos esse
quales se ipsi uelint. Nec solū eos censent
tales esse qui in honoribus populi, atq; in
repuerfant, sed et oratores et philosophos.

& poetas, & historicos, ex quorū & dictis,
& scriptis, sæpe autoritas petitur ad faciē
endam fidem.

Expositis omnibus argumētandi locis,
illud primū intelligendum est, nec ullā esse
disputationē, in qua nō aliq̄s locus incur
rat, nec fere om̄es locos incidere in omnē
quæstionem, & quibusdam quæstionibus
alios, quibusdam esse alios aptiores locos,

Quæstionū duo sunt ḡn̄a, alteræ infinitæ,
alteræ definitū. Definitum est ὑπόθεσις
q̄d gr̄eci, nos causam. Infinitū, quod διαιρησις
illi appellant, nos propositū possumus nos
minare. Causa certis personis, locis, tēpori
bus, actiōibus, negocijs cernit̄, aut in omni
bus, aut in plerisq̄ eorū. Propositū aut̄ in
aliquo eorū, aut in plurib⁹, nec tamē in ma
ximis. Itaq̄ propositum pars causæ est.

Sed omnis quæstio earū aliqua de re est,
quibus causæ continētur, aut una, aut plu

ribus, aut nōnunquam omnibus. Quæstio
onū aut quacunq; de re sint, duo sunt gēa,
unū cognitionis, alterū actionis. Cogniti
onis sunt hæ, quarum finis est scientia. Ut
si quærat à natura ne ius pfectum sit, an
ab aliqua quasi cōditione hoīm & pactiōe,
Actionis aut huiusmodi exēpla sunt. Sit
ne sapientis ad rempub, accedere.

Cognitionis quæstiōes tripartitæ sunt,
quū an sit, aut quid sit, aut quale sit, quæri
tur. Horū primū cōiectura, secundū defini
tione, tertium iuris, & iniuriæ distinctione
explicatur.

Coniecturæ ratio in quatuor partes di
stributa est. Quæ una est, quū quærit, sit ne
aliquid, altera, unde ortū sit, tertia, q̄ id cau
sa effecerit, quarta, in de mutatiōe rei quæ
ritur, sit nec ne, sic: Ecquidnam honestū sit,
ecquid equū re uera: an hæc tantū opiniōe
sint: Vnde aut sit ortū, ut quū quærit na

101, iustus. tura, an doctrina possit effici uirtus. **Causa** aut efficiens sic: ut quum quæritur, quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatioe aut sic, possit ne eloquentia commutatioe aliqua conuerti in infantiam.

Quum aut quid sit quæritur, notio explicanda est, & proprietas, & diuisio, & partitio. Hæc enim sunt definitioni attributa. Additur etiam descriptio, quam græci *καταγραφὴ* uocant.

Notio sic quæritur, sit ne id æquum, quod ei qu plus potest, utile est. Proprietas sic: in hominem ne solum cadat an etiam in belluas ægritudo.

Diuisio, & eodem pacto partitio, sic: Triane genera bonorum sint.

Descriptio, qualis sit auarus, qualis assentator, cæteraque eiusdem generis, in quibus natura & uita describitur.

Quum aut queritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparate. Simpliciter,

expetenda ne sit gloria. Cōparate, præpo-
nenda ne sit diuitijs gloria, Simpliciu tria
genera snut, de expetendo fugiendocq, de
æquo & iniquo, de honesto & turpi.

Cōparationum aut duo, unū de eodē, &
alio, alterꝫ de maiore & minore. De expe-
tendo, & fugiendo huiusmodi: Si expeten-
dæ diuitiæ, si fugiēda paupertas. De æquo
& iniquo, æquum ne sit ulcisci a quo cūq;
iniuriā acceperis. De honesto & turpi, ho-
nestum ne sit pro patria mori. Ex altero
aut genere quod erat bipertitum, unū est
de eodem, & alio: ut si quærat, qd in-
ter sit inter amicū & assentatorē, regem &
tyrānum. Alterꝫ de maiore & minore: ut si
quærat, eloquentia ne plaris sit, an iuris
ciuilis scientia. De cognitionis quæstionis
bus hætenus.

Actiōis reliquæ sunt, quæ duo sunt ge-
nera, unū ad officiū, alterꝫ ad motū animi

uel gignendū, uel sedandū, planene tollendū. Ad officiū sic, ut quū q̄ritur suscipiēdi ne sint liberi. Ad mouendos animos, quū sūt cohortatiōes ad defendendā rēpub. ad gloriā, & ad laudē: quo ex ḡne sunt quere lā, incitatiōes, miserationesq; flebiles: rursusq; oratio, tum iracundiā restringens, tū metū eripiens, tū exultantem lētitiā cōprimēs, tum ægritudinē abstergēs. Hæc quū in propositis quæstionibus ḡna sint, eadē in causas trāsferunt. Loci autē q̄ ad quasq; quæstiōes accōmodati sunt, deinceps est uidēdū. Omnes q̄dē illi q̄s supra diximus, ad plerasq; sūt, sed alij ad alias, ut dixi aptiores

Ad cōiecturā igit̄ maxie apta, q̄ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex cōiunctis sumi possunt. Ad definitionē autē ptinet ratio et sciētia definiēdi. Atq; huic generi finitimū est illud, q̄d appellari de eodē, & altero diximus, q̄d genus forma quædā definitiōis ē.

uel restrin
gens.

Si em̄ quærat̄ur, idem ne sit pertinacia & p̄seuerãtia, definitionibus iudicãdum est.

Loci aut̄ conuenient in eius gn̄is quæstionē, cōsequentes, añcedentes, repugnãtes, adiunctis etiam duobus ijs qui sumũt ex causis & effectis. Nã si hanc rem illa sequitur, hanc aut̄ nō sequitur, aut si huic rei añcedit, huic nō antecedit, aut si huic repugnat, illi nō repugnat: aut si huic rei hæc, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectũ est, ex quo uis horũ id de quo quæritur, idē ne an aliud sit, inueniri p̄t.

Ad tertiũ genus quæstiõis in quo quale quid sit quæritur, in cōparationem ea cadunt, quæ paulo ante in cōparationis loco enumerata sunt. In id aut̄ genus in quo de uel, illud expetēdo, fugiendocq; quærit̄, adhibētur ea quæ sunt aut animi, aut corporis, aut externa uel cōmoda, uel incōmoda. Itemq; quũ de honesto turpicq; quærit̄, ad animi bona

uel mala omnis dirigēda oratio est. Quū
aūt de equo, & ini quo differitur, æquitatis
loci colliguntur. Hi cernunt bipertito, &
natura, & instituto. Natura partes habet
duas, tuitionē sui, & ulciscendi ius. Institu
tio æquitatis aūt tripartita est. Vna pars
legitima est, altera cōueniens, tertiā moris
uetustate cōfirmata. Atq; etiā rursus æqui
tas tripartita dicit̃ esse. Vna ad superos de
os, altera ad manes, tertiā ad homines per
tinere. Prima pietas, secūda sanctitas, ter
tia iustitia, aut æqtas nominat̃. De propo
sito satis multa, deinceps de causa paucio
ra dicenda sunt. Pleraq; enim sunt ei cum
proposito communia.

Tria sunt igiŕ gñā causarū, iudiciū, delibe
rationis, laudatiōis. Quarū fines ip̃i de
clarāt, q̃bus utendū locis sint. Nā iudiciū fi
nis est ius, ex quo etiā nomē. Iuris aūt par
tes tū expositio, tum æquitas. Deliberandi

finis utilitas, cuius hæ partes, quæ modo
expositæ reꝝ expetendarum, Laudatiõis fi
nis honestas, de qua itẽ est ante dictũ. Sed
definitæ quæstiões à suis quoq; locis quasi
proprijs instituuntur in accusationẽ, defen
sionemq; partitæ. In quibus existunt hæc
gña, ut accusator personã arguat facti, de
fensor aliqd opponat de tribus, aut nõ esse
factũ, aut si sit factũ, aliud eius facti nomẽ
esse, aut iure esse factũ. Itaq; aut infelicia
lis, aut cõiecturalis prima appellet, defini
tiua altera, tertia quãuis molestum nomen
hoc sit, iuridicalis uocet. Harum causarũ
ppria argumẽta ex ijs sũpta locis q̄s expo
suimus, in p̄ceptis oratorijs explicata sunt.

Refutatio aut̄ accusationis in qua est de
pulsio criminis, græce *σάσις* dicitur, latine
appellet status, in quo primũ insistit quasi
ad repugnãdum congressa defensio. Atq;
etiã in deliberationibus, & laudationibus

uel existi

īdem existunt status. Nam & negant̄ s̄pe futura quæ ab aliquo in sententia dicta sunt fore, si aut omnino fieri non possunt, aut sine summa difficultate nō possunt. In qua argumentatiōe status cōiecturalis existit. At quum aliqd de utilitate, honestate, æquitate differitur, deq; his rebus quæ his sunt contrariæ, incurrunt status aut iuris, aut nominis, quod idē cōtingit in laudationibus. Nā aut negari pōt id factū esse qđ laudat̄, aut non eo nomine afficiēdum, quo laudator affecerit, aut omnino nō esse laudabile quod nō recte, nō iure factū sit, Quibus omnibus generibus usus est nimis impudēter Cæsar cōtra Catonē meū. Sed q̄ ex statu cōtētio efficiē, eā græci κεινόμενον uocant; mihi placet id, quoniā quidē ad te scribo, qua de re agitur, uocari.

Quibus aut̄ hoc qua de re agit̄, cōtinet̄, hæc cōtinentia uocētur quasi firmamēta

defensionis, qbus sublati defensio nulla
sit, Sed qm̄ lege firmitus in cōtrouersijs dis
ceptandis esse nihil debet, dāda est opa, ut
legē adiutricem, & testem adhibeamus. In
quā re alij quasi status existunt noui, q ap
pellantur legitimæ disceptiōes. Tum em̄
defendit̄ nō id legem dicere, quod aduers
sarius uelit, sed aliud. Id aut̄ cōtingit quū
scriptum ambiguum est, & duæ differētes
sentētiæ accipi possunt. Tum opponitur
scripto uoluntas scriptoris, ut quæraf̄, uer
bane plus an sententia ualere debeāt. Tū
legi lex cōtraria affertur. Ita sunt tria ḡna
quæ controuersiam in omni scripto facere
possunt, ambigū, discrepātia scripti & uo
luntatis scriptura contraria.

Iam hoc perspicuum est, nō magis in le
gibus q̄ in testamētis, in stipulationibus, in
reliquis rebus, quæ ex scripto agūtur, posse
cōtrouersias easdem existere. Hōr̄ tracta

tionem in alijs libris explicatur. Nec solum
perpetuæ actiones, sed etiã partes orationis
in eisdem locis adiuuantur, partim proprijs, par
tim cõmunibus, ut in principijs, quibus ut
beneuoli, ut dociles, ut attentĩ sint qui audis
ant efficiendũ est proprijs locis. Itemq; nar
rationes, ut ad suos fines spectent, id est ut
planæ sint, ut breues, ut euidentẽs, ut credi
biles, ut moderatæ, ut cũ dignitate. Quæ
quãquam in tota oratione esse debent, ma
gis tamen sunt propria narrandi.

Quæ autẽ sequitur narrationẽ fides, ea
persuadendo quã efficacit, q̄ ad persuadendum
loci maxime ualeãt, dictũ est in ijs, in quibus
de omni ratione dicendi diximus.

Peroratio autẽ & alia quedã habet, & ma
xime amplificationẽ, cuius effectus hic de
bet esse, ut aut perturbentur animi, aut tran
quillẽtur, & si ita iã affecti ante sunt, ut au
geat eorũ motus, aut sedet oratio. Huic ge

neri in quo & misericordia, & iracundia, et
odiū, & inuidia, & cæteræ animi affectio-
nes perturbantur, præcepta suppeditantur
alijs libris, quos poteris mecū legere, quū
uoles. Ad id aut quod te uelle senserā, cum
mulate satisfactū esse debet uoluntati tuæ.
Nā ne præterirem aliquid, quod ad argu-
mētum in omni ratione reperiendum perti-
neret, plura quā a te desiderata erāt, sum cō-
plexus, feci quod sæpe liberales uendito-
res solent, ut quū ædes fundumue uēdide-
rint, rutis cæsis receptis, cōcedant tamē ali-
quid emptori, quod ornādi causa apte, &
loco positum esse uideatur. Sic tibi nos ad
id quod quasi mancipio dare debuimus, or-
namenta quædam uoluimus non debita
accedere.

MARCI TVLLII CICERONIS
TOPICORVM LIBRI AD TRE-
BATIVM FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

MEXICAN PAPERS
FOR THE YEAR 1811
PART II

SCHOLIA

IN TOPICA CICERONIS,

autore Cristophoro Hegendorphino

CVM OMNIS RATIO.

EST finitio dialectices. Est em̄ dialectica ratio differendi probabiliter de re qualibet proposita, pro ut cuiusq; natura patitur.

QUID est differere? Est probabiliter de re proposita dicere, & hic est Dialectices finis.

DVAS habeat partes diuisio dialectices. Est em̄ Dialectica iudicatiua, quæ κριτικὴ græcis dī, est et inueniendi, q̄ græce τοτικὴ appellatur, id est, localis, hoc nomine, quod locorū ueluti syluam quādam, e quibus argumēta depromi possunt, subministrat.

Iudicatiua Dialectica, seruit iudicādis propositionū copulationibus & iuncturis, idq; beneficio

Finitionis

Diuisionis quarum rationes docet.

Differentiarū

Nam istā propositionē: Pietas est iustitia, recte cōpositam esse, iudicatiua Dialectica docet, dum finit utriq; propositionis terminū, dum in partes diuidit, partium officia, id est, propria inquirit.

Præterea iudicatiua docet, reperta argumenta digerere, syllogismorū formulas contexere, Enthymemata componere &c.

INVENIENDI Dialectica. Dicitur, qd̄ inueniat argumenta, quod locos monstrat, e quibus argumenta erui possunt. **IN IPSO.**

Loci in
A finitione
Partitione.

E

cerni Ab etymologia
Affectis

IVS civile. Exēplū istd' ē desumptū ex insti. ti. de
iu. na. gen. Par. sed ius qdē civile. Itē v. de iust. & iu.

PARTIVM enumeratio Censur, est estimatio re
rum & honorū. Vindicta uirga erat, qua lictor præ
toris, præmissis solēnibus uerbis, seruū tāgebāt, mox
dñs apprehensum dextera manu uertebāt, id qd Ap
pianus lib. iij. bellorū ciuiliū docet. Persius Satyra
v. Quibus una quiritē uertigo facit. Porro de liberta
te data p uindictā, uide l. i. C. de lib. uin. & insti. de li
bertinis. Par, multis autē modis manumissio procedit,

Neq; testamento, C. de testia. manu,

Notatio, De uoce assiduus, Vide Gelli, xvi, cap, x,

Cum lex ælia sancta, Gellius lib, xvi, cap, x, putat
ex tabulis duodecim decerptum,

Porro argumētū ab etymologia multū utriū habet
autore Barth, l. ij, Par, Appellato ff, si cer. pet, Appel
lata em̄ est mutui datio, ab eo, quod de meo tuū sit.

A coniugatis, Si compascuus est ager, & c,

Exempla alia, Hæres succedit in uniuersum ius de
functi L, cū hæres ff, de diuer, & temp, præscrip, er
go hæreditas est successio in uniuersum ius quod de
functus habuit tpe mortis L, hēred, ff, de uerbo, signi,

Ius tuendi habet, proinde est tutor l, i, ff, de tute,

Si homo non est in fructu, igitur fructuarius non
fruetur, ita colligit Brutus in l, uetus ff, de usul,

A genere, Pecuniæ appellatiōe rem significari Pro
culus ait, l, pecuniæ ff, de uerbo signi, Porro rei appel
latio latior est, q̄ pecuniæ l, rei ff, eo,

Porro exēplum Ciceronis mihi depromptum ui
detur ex ff, de au, & arg, lega,

A forma generis, Cur speciē, formāt appellat, q̄
species confusum, & rude genus expolit, Ciceroni

suffragatur glo, ultima in l, probatur ff, de iudi, Rei species, inquit, est forma,

De matrefamilias, uide Gellium lib, xviii, cap, vi,

Ceterum Vlpianus aliter de matrefamilias loquitur l, pronūciatū, Par, matrēfamilias, Nam neq; nuptiæ neq; natales matrefamilias faciūt, sed boni mores, uide l, mater aūt familias ff, ad l, Jul, de adul.

A similitudine, Quæstio est, An hæres usufructuario ædes collapsas restaurare cogendus sit: non uero cogi posse, Cicero hac similitudine probat, si quis serui usufructū legauerit, isq; seruus aliquo morbo deperierit, non cogitur hæres restituere seruum, ergo nec hæres collapsas ædes usufructuario restituet, Vide in ratione ff, ad L, Fab, Par, cctū uero,

Exempla alia, i, in insti, de legitt, patro, tute, Par, eo em ipso ij, l, si rem legatam ff, de excep, sicut hæres qui in uniuersum ius succedit submouetur excep, ita & legatarius debet submoueri, quasi unius rei successor,

DIFFERENTIA.

Aurum	Consecutum	C, depositi l, superuo caneam duximus,
	In massa constitutum,	
	In massa	
	Lamina	
Argentum,	Sigrato	ff, de au, lega, l, Quintus
	Suppellectili	Mutius, Par, argētum fa ctum,
	Mundo	
	Ornamentis	

Exemplum Ciceronis corroborat Vlpianus, ff, de au, lega, Par, argento omni legato quod suum esset, sine dubio non debetur, id quod in credito est (pro quo Cicero dixit in nominibus) hoc ideo, quia non uidetur suum esse, quod uendicari non potest,

A contrarijs. Ad intelligentiā exēpli facit illud in
Insti. de usufr. par. cōstituit usufructus non tm̄ in fun
do & ædibus, uerū etiam in seruis & iumentis, & cæ
teris rebus, exceptis ijs, quæ ipso usu consumunt̄, ut
sunt uinū, oleū, frumentū, uestimēta.

I A M est quæstio, an uir, q̄ legauerit uxori usum
fructū bonorū suorū, etiā earum rerū, q̄ ad uictū per
tinent, usumfructū legarit, et probat Cicero quod nō
hoc argumento & c.

Exēplum Ciceronis legibus nixū est. Vsumfructuarij
est boni uiri officiū prestare l. itē si fundo. ff. de usufr
id est, ut utatur, non abutatur.

Utimur autem ijs rebus, quæ nobis utentibus per
manent, ueluti domo, iumento & c.

Abutimur ijs, quæ nobis utētibus pereūt, cuiusmo
di est penus.

Iā cū uir mulieri usumfructū cōcesserit, ita uti, fructū
debet, ut interim salua rerū substātia, l. i. ff. de usufr.

A B adiunctis. Vt exēplum Ciceronis recte intel
ligatur obseruandum est.

i. Quid capitis diminutio sit, Vide insti. tit. redem.

ff. Mulier caput dimiuit, quum in uiri manum con
uenit, hoc est, cum rite nupta est uiro.

iiij. Quid bonorū possessio sit, est uero ius psequēdi,
retinēdiq; patrimonij, quod alicuius fuerat, cū mo
ritur ff. de bono poss. l. iiij.

iiij. Possessio secundum tabulas, est possessio, quæ in
tabulis testamenti scripta, scriptis in testamento hæ
redibus datur, quod si illi nō adsint, uocāt substitutū
C. de bono. poss. secun. ta.

Iam quædam mulier quæ non caput minuerat, id
est, nondum rite, uiro nupta erat, sine tutoris autori
tate, testamētum fecerat. **QVÆSTIO.**

An secundū eas tabulas ex edicto prætoris, de beas

dari possessio, rñdet Cicero argumēto ab adiunctis.

HIC dignū est animaduersione quod qui in alie
na potestate sñt, testamēti cōdendi copiā nō habeāt
L. qui in potestate. ff. de testamen. Cuius gn̄is sunt.

Mulier, quæ non caput minuit.

Seruus, Puer, **L. qua ætate. ff. de testam. L. si fr. C.**
qui testamen. fa. pe.

SENSVS exempli Ciceronis est. Si mulier quæ
nōdum caput minuit, id est, rite cōnubio iūcta est uir
ro, factō testamento citra tutoris consensum, bonorū
possessioñē scriptis hæredibus cōcedere pōt, ergo etiā
pueri, serui, alijs bonorū possessioñem, factō testamē
to sine tutoris uoluntate, pmittere potuerint.

De muliere non conuenit Ciceroni cū Vlpiano, q
in **L. qua ætate. ff. de testam.** dicit, qđ fœminæ post
annū xij. testamēti cōdere possint.

AB ANTECEDENTIBVS

Exēplum ab adiūctis est qđ apđ Cic. iñ. ad Herē.

Rudolphus Agricola dicit, tunc duci argumētū ab
āncedentibus, si pposita cōditionali argumētatiōe,
ab eo qđ in cōditionali āncedens est, mox inferimus,
ut si homo est, animal est, sed homo est, ergo animal.

QVID Repudiū? Est qđ spōsæ fiebat **L. iñ. ff. de
diuor. & L. inter stuprū & diuor. ff. de uerbo. signi.**

REPVDIVM sic fiebat, Res tuas tibi habe.
Item res tuas curato, & hoc nuncium est remittere.

QVÆSTIO est. An liberorum caussa, dotis
pars apud uirū manere debeat, ubi uiri culpa factum
est diuortiū, uideamus quid antecedit, qđ cōsequat.

Antecedens est, uiri culpa factum est diuortiū. Id
āncedens, non patitur ut dotis pars mulieri pereat,
quāuis prima repudiij nuncium mittat, id qđ firmat
Vlpianus in **L. dotis Par. si res ff. de iure dotium. Itē
in L. si cū dotem, Par. item pater. ff. solu. matri.**

A cōsequētibz. Boetius i cōmētarijs pulcherrima
adfert de matrimonio Romanis licito, de matrimo
nio impari, q̄ & Celius li, xv, cap, uigōs, cōmemorat,

Porro q̄d ait liberos, ex impari matrimonio susce
ptos, nō patrē, sed matrē seq, id pbat tex, in L, itē q̄
in potestate si, de ijs q̄ sunt sui, uel alie, iu, ut in insti.
de pa, por, Par, lus aut, itē L, cū legitime ff, de sta, ho,

Boetius putat exēplum q̄d adfert Cicero, esse argu
mentū ab añcedentibus potius q̄ consequētibz. Cæ
terz Rudolphus, cōsequēs esse dicit, q̄d ex cōditionali
manat, hoc modo, si mulier nupserit ei, quo cū con
nubium non esset, Agnoscis añcedens, qui nati sunt
patrem non sequuntur, hoc consequens, iam ex con
sequēti sic colligit, si n̄ liberi patrē nō sequūtur, effi
ciet, ergo pro liberis nihil apud patrē remanebit,

A repugnātibz, Rudolphus dicit repugnātiā dici
reper se dissidentem habitudinem, qua fit, ut alterz
dici id esse, quod alterz non possit,

Quis primus hēres? q̄ primo institutus est, Quis se
cundus? q̄ ut Boetius inqt, hēredi instituto, substituit,

Exemplum, Si quis pater in testamento filium suū
hēredē instituat, scribatq̄, si is filius impubes dece
serit, nepos hēres esto, insti, de pupil, substi, Par, i,

Regula digna obseruari, Quod q̄s ita accipit iure
accipit, ut ei iure auferri nō possit, L, id q̄d nostrū ff,
de reg, iu, & hoc quidē maxime uerz est, si quis aliqd
ex defuncti libertate, quam liberrimam esse oportet
L, i, C, de sacros, eccle, adipiscatur,

Sic facilius colligere potuisset Cicero, Quod q̄s
iure accipit, ita accipit, ut ab eo inuito auferri nō pos
sit, uxor uero recte iureq̄, etenim e testamento insti.
de usufr, Par, usufructus: usumfructum accepit, iure
igitur non est auferendus,

AB EFFICIENTIBVS,

Quo exemplum Ciceronis rectius intelligas ob-
serua hæc, si duo sunt ciues, qui cōmunem habēt pa-
rietem, si alter ciuūm iuxta parietem cōmunem, so-
lus ædificat, & uitium, id est, ruina ex opere futuræ ti-
meatur, damni inflecti cautio neccsaria est L. inter
quos Par. i. ff. de dam. infe.

Quid damnū infectū est damnū nondū fa-
ctū, sed quod futuræ ueremur L. dānū infectū ff. eo,

Ab Effectis. Hic discite, quod simul atq; mulier in
manū uiri cōuenerit, id ē, matrimonīū rite cōtractū
sit, dotis dominiū ad maritū ptineat L. i. ff. de iur. do.

A comparatione. Vt exēplum Ciceronis assequa-
ris, quædam te præscire oportet.

i. Contra quem institui possit aquæ pluriæ arcen-
dæ, instituitur uero contra illum qui fossa facta aquā
pluuiam agro alicuius damnū dare facit. ff. de aq.
plu. ar. L. i. Porro ille aquam pluuiam arcet, qui non
per spacia sua meare patitur,

ij. Actio finium regundorū sit, quū agit de diuidun-
dis agrorū finibus ff. de iudi. si, reg. Fines dicuntur re-
gi, & tres unusquisq; ager pprijs finibus circumscribit,

Iam est controuersia, An prohibitum sit aquæ plu-
uiæ arcendæ actionem agitare in urbe, hoc est, urba-
nis prædijs; quod si obtinuerimus in urbe finium re-
gundorū iudiciū esse interdictū, quod maius est,
chicimus aquæ arcendæ iudiciū quoq; in urbe ue-
titum esse,

A pari, Vt exemplum Ciceronis recte intelligas,
primum repete ex iurisconsultorum libris,

Quid usucapio sit, Est uero usucapio, acquisitio domi-
nij cōtinuationē tps, lege diffinita L. iij, ff. de usucap.

Deinde ad exemplū Ciceronis facit illud in insti,
de usucap. Par. i, Iure ciuili & c, Locus est in prōptu,
Iam Cicero sic colligit, Quemadmodum XII, ta

bularum **L.** cautum erat, fundum biennio usucapi posse, ita & ædes usucapi iudicabantur.

At in lege Est antipophora. i. occursio obiectiois.

VALET æquitas. Rñsio ad obiectioē, id est, rerum immobilium est æqua possessio, sed ædes & fundus, res immobiles, proinde cum fundus biennio usucapiatur, etiam ædes usucapiuntur.

AB autoritate. De exemplo Ciceronis, uide, ff. de seruitu prædio.

DEFinitionum duo sunt genera & c. Hoc est, aut finiuntur res corporales, aut incorporales. Insti. de rebus corpo. & incorpora.

Res corpo
rales Fundus est quicquid solo continetur **L.** questio. ff. de uerb. signi.
Stillicidiū Festus Pompeius esse dicit cum stillæ concretæ frigore cadunt.
Mancipiū seruus ab hostibus manu captus. insti. de iu. perso. Par. serui.

Supellex est domesticū patrisfamilias instrumentū ff. de lega, supelle. **L. i.**

Penus est quicquid esu potuq; cōtinetur. ff. de penu legata, **L. qui penum.**

Res incor
porales **U**sucapio **L. i.** ff. eo ti.
Tutela. ff. de tu. insti. eo. ti.
Agnati sunt qui per uirilis sexus cognationem coniuncti sunt, insti. de lega. agn. tu. Par. **Agnati.**

IVS. Vide par scriptum aut ius, insti. de iu. na. gen. & ciui. & ff. de insti. & iu.

DIVisionū aut & c. Alienatio est omnis actus per quē dominū transfertur, **L. i. C. de fun. do.**

Alia Boetius explicat.

SI igitur. Legatum est donatio quædam a defuncto relicta ab herede præstāda, insti. de leg. Par. **i.**

Possessio est corporalis rei detentio animi & corporis adminiculo concurrēte. ita Azo in ti. de acqui. uel omitt: possess.

Hereditas est successio in uniuersum ius, qđ defunctus habuit tempore mortis ff. de uerbo. sig. L. here.

SOLEBAT igit Aquilius & c. Inst. de re. diu. Par. littor: quoq; usus publicus & iuris gērium est, idem ff. de acq. re. domi. L. quod in littore.

L. fluctus. ff. de uer. sig. littus est, quo usq; maxim⁹ fluctus hybernus a mari peruenit.

SI partiri uelis tutelas.

Testamenta

Tutela Legittima ff. de tute. C. eo. in

Datiua insti. de t.

Fiduciaria

Stipulatio est uerbor: conceptio, qbus is qui interrogatur daturum facturūq; se id, qđ interrogatus est rñdet L. v. ff. de uerbo. obliga. Par. stipulatio. Porro p̄titionē stipulationū, uide. ff. eo. & insti. de dim. stipu.

Priuate

Publica de quibus ff. eo. & insti.

Iudicia Iudicia Singularia

Vniuersalia C. de iudi. ff. eo.

Particularia

VT cum postliminium & c. Postliminiū, est ius amissæ rei recuperādæ ab extraneo, & in statū pristini nū restituēdę ff. de cap. et postli. reuer. L. postliminiū, & insti. q. mo. ius pa. pe. sol. Par. si ab hostib⁹ captus.

VT in finitimo. Vide Gelliū lib. xij. Cap. x.

QUO in genere etiam Mancini causa. De hoc Mancino Eutropius lib. Historiar: iij. sic scribit C. hostilius Mancinus cōsul, iterum cū Numantinis pacē fecit infame m, quā populus et senatus iussit insti in gi, atq; ipm Mancinū hostib⁹ tradi, ut in illo quasi au

fore foederis uindicarent, sed traditus Numantinus,
minime est receptus, autore Floro epitome vi. Vide
Orosium lib, v,

Locus ex conjugatione, finitimus notationi &c,
Sed discrepāt tamen, quia Notatio fit nominis in
interpretatione, ut possessio dicta est, quasi pedū possi-
tio L. i. fi, de acq, poss,

Coniugatio deriuatione uocum cōstat, ut aqua plu-
uia, pluerē,

Vt si aquam, Hoc est, aqua pluuiā est, quae pluen-
do colligitur L. i, fi, de aq, plu, ar,

Iam est quaestio, Si fluuius igitur pluuiā creuerit,
quaeritur an debeat arceri, rñdet hic Mutius, de quo
Cicero de Ora, claris,

Crescere ea aqua dicitur, quae colorem mutat uel
increfcit L. i, ff. eo. Par. idem ait.

Cum a genere, A capite arcessere, id est, primarium
genus semper inquirere.

Saepe etiam citra licet, hoc est, in medio collocatū
adhibere satis erit.

Dummodo supra, id est, dum modo genus supe-
rius sit eo, de quo praedicatur.

Exemplum
Substantia

Corporea		Incorporea
	Corpus	
Animatum		Inanimatum
	Corpus animatum	
Sentiens		Non sentiens
	Animal	
Intellectuale		Brutum
	Homo	
	Cicero.	

Iam si est cōtrouersia de homine an sit intellectua

lis, nō opus est a capite genus eius arcessere, sumatur
genus proximum, & quicquid prædicatur de illo, præ
dicabitur & de specie.

Exemplū Ciceronis doctissime Boetius explicat.

Commode etiam tractat & c. ff. de dolo malo L.
i. Par. Dolum malū. Seruius ita diffinit, machinatio
nē quandā alterius decipiēdi, cū aliud agitur, & aliud
simulatur. Porro quibus modis fiat dolus malus, ui
de in multis legibus ff. eo. ti.

Sunt em̄ similitudines & c. Tutor qui datur impu
beri L. i. ff. de turo. Par. tutores sunt. insti. de tn. Par.
tutores sunt.

Fidem præstare & c. ff. de administra. tu. insti. de fa
ctis datio tu.

Socius. ff. p socio L. si societate, insti. de societate.

Si cui mandaris & c. L. i. ff. mandati, insti. de man.

Si qui fiduciam, Admodum exacte Boetius noster
quis fiduciam olim accepisse dictus sit, differit, Porro
de hac fiducia loquitur Cicero pro Flacco, pecuniā
adulescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta
occupauit. Idem libro septimo Epistolarū, ad Treba
tium iuriscōsultū, Sed quo nam modo ius ciuile de
fendes, cum omnia tua causa facias, non ciuilem, ubi
porro erit illa formula fiduciæ, inter bonos bene agi
er oportet & c. Hodie fiduciariā m̄cipationē, uel uē
ditionem, uocamus uenditionem sub reducendi red
hibēdiq; lege factam: huius fiduciæ uestigia in L. ad
huc extant, sed admodum obscura, ut cum tutelæ fi
duciarū in insti, mentio sit

Procurator L. i. ff. de procura,

Quemadmodum si in urbe & c. Regundorum
finium arbitri esse dicuntur, qui controuersias de fi
nibus agrorum ortas, componunt, L. de modo agro
rum arbitri danī, ff. de iu, si, reg, Porro fines in agro

rum tantū limitibus sunt, arbitri igit finitū regundorū
in urbe dari nō possunt. Iam argumentū ex simili na/
scitur, si in urbibus iudiciū finitū regundorū dari non
pōt, ergo nec aquæ pluuiæ arcendæ actio in urbe agi
tari poterit.

EX eodem similitudinis loco. Cōmemoratio plu/
riū exēplorum, habet uim argumenti a similitudine.

Exēplum illud legibus firmari pōt. Liquidā. C. de
posthu. here. insti. Itē L. si q̄s ff. eo. inst. de pupi. subst.

Hoc exemplum copiosius tractatur apud Cicero.
In de profecto Oratore.

IN suam tutelam uenisset, Boetius exponit ante
obiret, q̄ testamentum facere possit.

Imperator in insti. de pupil. substi. Par. i. In suā tu/
telam uenerit, id est, antequā pubes factus sit.

FINGE aliquem mancipio & c. Quod nō iur/
re cōtrahit, nullus est momenti L. nō est uobis, C. de
præd. & alijs re. minorū & c. Finge aliquē mancipio
dedisse, id est, abalienasse, q̄d mancipio dari nō pōt,
id est, abalienari, ut sunt res sacræ, ædes, dona ad mi/
nisterium Dei dedicata insti. de re. diui. Par. Res sacræ
m. autem de non aliæ re. eccles.

NAM QUID interest, Argumentū ex aīcedē/
tibz est, Cum in propositione conditionalī sumit,
id q̄d est aīcedens, & ab eo contexitur argumētatio,

EXEMPLVM

Si Cicero homo est, animal est,

Homo est antecedens, ab hoc sumit argumētum

Atqui homo est, igitur animal est,

EXEMPLVM Ciceronis, Si pecunia signata
argentum est, legata est mulieri,

Pecunia signata, aīcedēs est, inde argumētū sumit

Sed pecunia signata argentum est, est igit signata

A consequentibus fit argumētatio, quodies ex cō

ditionali hypothetica id quod consequens est, sumitur
in argumentatione, ut.

Si sentit, animal est,

Animal est consequens, inde sic colligitur,

Sed non animal est, igitur nec sentit,

EXEMPLVM Ciceronis

Si numerata pecunia non est legata, non est nume
rata pecunia argentum.

Non numerata pecunia est consequens. Est uero
numerata pecunia argentum, est igitur legata.

A repugnantibus

Hoc modo, nō si homo est Cicero, animal nō est.

Repugnant

Hominem esse, & animal non esse.

Atqui homo est Cicero, est igitur animal.

Exemplum Ciceronis.

Non & legatum argentū est, & non est legata
numerata pecunia.

Repugnant

Legatum esse argentum, & non legatam pecuniā
numeratam.

Atqui legatum est argentum, legata igitur numera
ta pecunia est.

Cum aut aliqua coniuncta & c.

Coniuncta ut homo, & animal, negaris hoc mo
do, non homo, non animal est, si ex his primum sum
pseris. Atqui homo est, quod relinquitur tollendum
est, relinquitur uero, non animal est, hoc tollitur, &
concluditur, animal igitur est,

Sed Homerus propter excellentiam & c,

Idem habes de Homero in insti, de iu, na, gen, &
m, Par, sed ius,

Ex hoc genere

De fato, uide Gellium lib, sexto, Cap, secundo, &

Cicero. de fato.

Si telum.

Ad hunc locū pertinet, Par. iniuria occiditur insti.
de L. Aquī.

Annotauit Boetius uoluntatem in maleficijs con-
demnari, id quod L. firmari potest, L. Diuus Adrianus.
ff. ad L. Corne. de sica. In maleficis uoluntas spe-
ctatur, non exitus. Item L. i. Par. Diuus Adrianus, &
cætera.

In omnibus igitur iudicijs & c. Bona fides in actio-
nibus, aliquñ p ægrate usurpat, nā in bonæ fidei acti-
onibus, æquitas cōsiderat, ut dicit glo. in rubrica de
sum. trini. & sic catho.

Porro quæ sint actiones bonæ fidei, uide Par. A-
ctionum insti. de actio.

Iudicium rei uxorię est, quoties post diuortium de
dote contentio est C. de rei uxo. act.

Dos licet matrimonio cōstante in bonis uiri sit. ff.
de iu. do. L. i.


Est ramen in mulieris iure & c. C. solu. matrimo.
quemadmodum dos pe.

Si culpa uiri diuortium factum, equius melius est,
nihil apud uirum manere C. de repu. L. cōsensu.

Sin uero culpa mulieris, & ipsa perdit dotem C.
eo. L. eadem.

Quid æquum bonum sit, Vide Ciceronē libro ad
Heren. ij. & Aristo. libro ethico. v.

De Pausania, cuius Cicero mentionem facit, Vi-
de Thucydidem lib. ij. belli peloponnesiaci,



1787

1787

The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city. The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city.

The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city. The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city.

The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city. The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city.

The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city. The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city.

The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city. The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city.

The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city. The first part of the year was spent in the
field, and the second part in the
city.